www.e-rara.ch

# Sancti Iustini philosophi et martyris opera

## Iustinus

## Lutetiae Parisiorum, 1615

**Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich**

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-9781

Eiusdem Iustini, de vita Christiana, ad Zenam & Serenum epistolae.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΖΗΝᾼ ΚΑΙ ΣΕΡΗΝῼ τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν.

ΠΕΡΙ μὲν τῆς κατὰ πρόλημμα τινῶν ἀλογίστου παιδείας, μαθήσεώς τε ἀνωφελοῦς, καὶ παράδοσιν ἀνθρώπων κληρονομηθείσης ὑπὸ τῶν τὰ ὅμοια τοῖς Φαρισαίοις νοούντων τε καὶ πραττόντων, ἐν τῇ πρὸς Πάπαν ἐπιστολῇ μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξεθέμην. ἵνα δὲ μὴ πάνυ μεμπτικὸς εἶναι δόξαιμι, παρέχοιμι δὲ καὶ λαβὰς σωτηρίους τοῖς βουλομένοις εὖ πράττειν, ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς ἄρχοντάς μοι, λίαν ἐπιμελῶς, ὡς ἐγὼ νομίζω, συντάξας· οὐκ ὤκνησα καὶ ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, χάριν τοῦ γινώσκειν ὑμᾶς τὰς παιδαριώδεις τινῶν πολιτείας. τὸ γὰρ εἰδέναι τῶν μὴ κατὰ λόγον πολιτευομένων τὰς ἀναστροφὰς, σωφρονίζει τοὺς μὴ ἐμπίπτειν εἰς τὰ ὅμοια σπεύδοντας. ὑμᾶς μὲν οὖν καλῶς ἔχει, τὰ ἐκ παρασκευῆς ἀνδραγαθεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ νῦν αἰῶνος ταῖς περιφοραῖς τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν συνταράττεται κατασπωμένων εἰς τὸν κόσμον· ὅθεν ὁ σωτὴρ οὐκ εἶναι λέγων ἑαυτὸν τούτου, καὶ ἡμᾶς τῆς πρὸς τοῦτον κοινωνίας ἀπέστρεψε· συμβουλεύων ἡμῖν φίλους τῆς ἀληθείας γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἐν οὐρανοῖς δυνάμεως καταδεχομένους, πλὴν τὸ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τῶν αἰώνων ἀπαρτίζειν, μάχης τε καὶ ζηλοτυπίας κοσμικῆς μακρὰν ἵστασθαι· διαφέρεται γὰρ ἑαυτῷ πᾶς ὁ ὀργιζόμενος, καὶ τὸ τῆς θυμομαχίας εἶδος εἰς ἑαυτὸν κατολμᾶν εἴωθεν. ἤδη γοῦν τινας ἴσμεν ἐφ' οἷς ἂν κινηθῶσι τῶν πλησίον, δι' οὓς τὰ τῆς λύπης αὐτοῖς ἀποβέβηκε, μηδὲν εἰδότας, ἑαυτοὺς δὲ ἐσθίοντας καὶ ὀδυνῶντας. ῥητέον οὖν

# EIVSDEM IVSTINI, DE VITA CHRISTIANA, ad Zenam & Serenum Epiſtolæ.

*Ioanne Lango interprete.*

B DE quorundam, prout eorũ fert præſumptio, inſtitutione & diſciplina, ſed pręter rationem ſuſcepta illa & inutili, iuxta traditionẽ hominum quaſi hæreditario ab eis iure occupata, perſimilia Phariſæis & ſentiẽtibus & facientibus, in epiſtola ad Papam perquam diligẽter & accuratè diſſerui. Ne autem nimis eſſe videar obiurgator, ſed potius ſalutarem præbeam anſam rem bene gerere volentibus, cum in ea quam ad Principes dedi, cum cura exquiſitè quoque (vt equidem puto) C ſcripſerim: non ſum grauatus ad vos etiam hanc mittere, vt puerilem nonnullorum viuendi conſuetudinem cognoſcatis. Scire enim aliorum, quem præter rationem ſint ingreſſi, vitæ degendæ modum, prudentiores continentioréſque eos efficit, qui ne in ſimilem errorẽ incidant, ſedulo elaborant. Ac bene quidem habet, vos rebus probe meditatis præparato ea præſtare quæ viros bonos & fortes decent. Sed enim animorum noſtrorum inſtituta, præſentis ſeculi conuerſionibus conturbantur, dum in mundo ipſi diſtrahimur. Vnde D Saluator ſeipſum ex eo non eſſe dicens, nos quoque ab eius communione & ſocietate auertit: conſilio dato nobis ſuadens, vt amici veritatis ſimus: & perfectionem virtutis cæleſtis excipientes, omnia iuxta Patris ſeculorum voluntatẽ, numeris ſuis expleamus, & à contentione atque æmulatione mundana longe conſiſtamus. Sibiipſi namq; aduerſatur, quiſquis ira cõmouetur. Et contentionis animorum quaſi quædam belli ſpecies, hoſtiliter ſibi ipſi obuiam ire conſueuit. Iam nonnullos etiam nouimus, qui quibus de rebus proximorum, propter quos animi eis ægritudo accidit, commoueantur, neſciunt: ſeipſos autem adedunt, atque dolore affligunt. Itaque contra

A eum qui aduerſari nobis conatur, duri nihil proferendum: ſed animo ſedato, & affectione tranquilla, hoc dumtaxat dicendum: Non tantum violentia tua valebit, vt iudicio cœptum conſilium meum à ſtatu ſuo dimoueas. Prouidendum vero etiam, vt pax nobis & gratia ſit cum diſſidentibus: & ne vna cum illis per iræ decretum tranſuerſim rapti, aliquando quidem dicamus: Eiuſmodi ſũ naturæ, & non poſſum non iraſci. aliquando autem à communione precum diſcedamus. Nam etiamſi ſecundum naturam viuas, nondum tamen id credentis eſt. Æmulatione autem per inuidiam duci, eius eſt qui longe à veritate B abeſt. Obiurgandus ergo ita quiſq; eſt, vt memoria iniuriarum non adſit, & admonitio minime affectata ſit. Iam vero & quoſdam ſcimus, qui carnali profectu euſque promouerint, vt ad iracundiã ſuam Euangelium pertrahentes, ad ſententiæ ſuæ præcipitium, oracula Seruatoris noſtri accommodare velint: quibus ſi poteſtas ea obtigiſſet, vt nonnullos gehennę traderent, orbem quoque vniuerſum conſumpſiſſent. quin illi, quantum in eis eſt ſitum, & condemnant, & ignis caminos aperiunt. Quocirca nos iſtiuſmodi ne ſimus. Atque inſuper illud C vobis do conſilium, vt etiam atque etiã videatis, quæ penitus perſpicere conueniat, & de quibus proximus acrius ſit admonendus, quod in primis ipſum monitorem identidem de eo accuratius cogitare oporteat. quod in ſuſpicionem venit; ne videlicet falſa ducatur opinione: ac, ſi recte arbitrari videatur, vt tum demum tantiſper illum hortetur & inſtituat, dum vel ipſe conſiliis ſuis quod vult perſuadeat, vel ille ſua ſponte ad id feratur. Enimuero animi tranquillitatem nobis multam afferre illud poteſt, ſi primas ferre non affectauerimus: neque, ſi qui eiuſmodi eſſe voluerint, mœ- D rore afficiamur. tum autem ſi non grauate eis ceſſerimus, qui ſuo ipſorum ſuffragio ad ea ſe offerunt & ingerunt, ad quæ Saluator credentes non vocauit. Aduerſus clamitantem autem, ſilentiũ tenendum: & is qui alterum ſe ſuperaſſe autumat, deridendus: ne quis inani vanaque gloria ductus; propter præſentes & audientes, mutuis verborum conflictationibus, perinde atque illi, tumultum eorum confirmet. Sic namque ſecum reputet, qui male loquutus eſt:

A πρὸς τὸν ἐναντιοῦσθαι πειρώμενον χαλεπὸν μηδέν, καθεσταμένῃ δὲ τῇ γνώμῃ, καὶ ἀταράχῳ τῇ διαθέσει, τοσοῦτον, οὐχ οὕτως ἔσται σοι τὸ τῆς ἰσχύος δυνατὸν, ἵνα μου κινήσῃς τὴν προαίρεσιν. προνοητέον δὲ καὶ τῆς πρὸς τοὺς διαφερομένους εἰρήνης, καὶ μὴ τῷ δόγματι τῆς ὀργῆς συναποφερομένους λέγειν, ποτὲ μὲν, φύσεώς εἰμι τοιαύτης, καὶ οὐ δύναμαι μὴ ὀργίζεσθαι. ποτὲ δὲ, καὶ τῆς κοινωνίας κατὰ τὴν εὐχὴν ἀποχωρεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἔτι κατὰ φύσιν βιοῦν, οὐδέπω πεπιστευκότος ἐστί· τὸ δὲ ζηλοτυπεῖν διὰ φθόνον, μακρὰν τῆς ἀληθείας B ἱσταμένου. παιδευτέον οὖν πάντα ὁντινοῦν ἀμνησικάκως, μὴ κατεπιτηδεύοντας τὴν νουθεσίαν. ἤδη δέ τινας ἴσμεν κατὰ τὸ σαρκικὸν ἐν προκοπῇ γινομένους, ἕλκοντας πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὀργὴν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ βουλομένους ἐφαρμόζειν τῷ δόγματι τῆς καταφορᾶς αὐτῶν τὰ λόγια τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· οἷς εἰ ἀποβεβήκει τὸ δύνασθαι ἐν γεέννῃ παραδιδόναι τινάς, καὶ ὁ κόσμος ἂν ὅλος ὑπ' αὐτῶν κατηνάλωτο· πλὴν, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ κατακρίνουσι, καὶ τοῦ πυρὸς τὰς καμίνους ἀνοίγουσι. ἀλλὰ τοῦτο μὴ ὦμεν ἡμεῖς τοιοῦτοι. καὶ ἔτι γνώ- C μην ὑμῖν δίδωμι, βλέπειν ἃ προσήκει θεωρεῖν, καὶ παιδεύειν τὸν πλησίον, ὡς δέον ἐστὶν αὐτόν τινα πρότερον μελετήσαντα πολλάκις τὸ ὑπονοούμενον, μή τι ἄρα ψευδοδοξεῖ· καὶ εἰ δόξειεν εὖ φρονεῖν, νουθετεῖν τότε μέχρις ἂν ἢ πεισθῇ ταῖς συμβουλίαις, ἢ αὐτὸς αὑτὸν κατάφωρον ποιήσῃ. παρέχεσθαι δ' ἡμῖν ἀταραξίαν πολλὴν δύναται, τὸ μὴ κατεπιτηδεύειν πρωτείων ἀπολαύειν, μηδ', εἰ βούλοιντό τινες εἶναι τοιοῦτοι, λυπεῖσθαι· παραχωρεῖν δὲ τοῖς ἐγκρίνουσιν ἑαυτοὺς ἐφ' ἅπερ ὁ σωτὴρ τοὺς πιστεύοντας οὐ προσκέκληκε. πρὸς δὲ τὸν κε- D κραγότα σιωπητέον, καὶ τὸν οἰόμενον περιγεγονέναι τινός, καταγελαστέον, μὴ ὑπὸ κενοδοξίας ματαίας ἀγόμενον, ἀλλὰ τοὺς παρόντας καὶ ἀκούοντας, ταῖς τῶν λόγων ἀνθυποφοραῖς ἐπίσης καὶ αὐτῶν τὴν ἐπανάστασιν κρατύνειν. λογιζέσθω μὲν γὰρ ὁ κακῶς ἀποφαινόμενος,

ὅτι

ὅτι καὶ ἠδίκησα, καὶ ἀντειπεῖν οὐκ ἠθέλησα, ἢ οὐκ ἐτόλμησα. παρείη δέ μοι διὰ τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν, εὐφρασία καὶ ἀνάπαυσις. ὅ τε ἀδικεῖν δοκῶν, μὴ ὑπερηφανευέσθω πείθειν τὸν ἀδελφόν· καὶ ὁ νουθετούμενος, μὴ ὀργιζέσθω, παρακαλείτω δὲ αὐτὸς τὸν οἰκεῖον. συναντᾶν γὰρ ἑαυτοῖς προσήκει τοὺς δύο, πρὸς τὴν εἰρήνην κατάγεσθαι σπεύδοντας· ὅτι καὶ ὁ πατὴρ τῷ μετανοήσαντι συναντήσας υἱῷ φαίνεται, καὶ οὐ περιμείνας, ἀνθυπενεγκὼν δὲ ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκείνου μετάνοιαν· χρηστότης γὰρ ἡ κατὰ πίστιν ἑκατέροις ἐργάζεται τὴν εἰρήνην. καὶ ὁ μὲν ἀδικήσας, πείθει διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὸν φίλον· ὁ δὲ ἀδικηθεὶς, μετανοήσει καὶ αὐτὸς, ὅτι πρὸς τὸν οἰκεῖον ὠργίσθη. πάσης οὖν ἐπιθυμίας καὶ ὀρέξεως σαρκικῆς ἐκτὸς εἶναι δεῖ τὸν πιστόν· λῃστεύει γὰρ ὁ μὴ τοιοῦτος, καὶ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ἱεροσυλεῖ, καὶ, ἵνα τολμηρότερον εἴπωμεν, ἐκβάλλει τὸν Θεὸν αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ· καὶ διὰ τὴν συνείδησιν ἀπηλγηκώς ἐστι, καὶ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας ἀλλοτρίως διάκειται· καὶ τὸν Ἀδὰμ προβάλλεται, καὶ τῇ πράξει τῆς Εὔας σεμνύνεται, δέον συναποθνήσκειν τῷ Χριστῷ. προσήκει δὲ ἡμᾶς πολλὰ σκεπτομένους πρὸς ἑαυτοὺς, ἀκατηγορήτους ποιεῖσθαι τὰς ὁμιλίας, μηδὲν λαλεῖν διὰ τὸ βούλεσθαι φλυαρεῖν· σιωπῶντας δὲ τὸ πλεῖστον, μεμετρημένως ἀποκρίνεσθαι πρὸς οὓς καὶ ἡ χρεία κατεπείγει. φευκτέον δὲ καὶ ὑπονοίας πονηρὰς, καὶ τὴν ὑπόληψιν τὴν ἑαυτῶν δοκιμαστέον. καὶ ἡσυχαστέον μακροθυμοῦντα καὶ μὴ ὀργιζόμενον. ἀλλ' οὐδὲ φθονητέον φιλοστοργουμένῳ τινί. τήν τε ὑπηρεσίαν οὐκ ἐπιτηδευτέον, οὐδ' ὥσπερ κατὰ πρόλημμα δουλευτέον, τὸ πικρὸν, ὥς φασιν, ἀκουσίως καταπίνοντα. πρακτέον δὲ πάντα τὰ κατὰ πίστιν, ὀρθῷ κανόνι· πᾶς γὰρ ὁ μὴ τοιοῦτος, καὶ ἐπὶ τῶν σχοινίων ὥσπερ βαδίζων, ὅσον οὐδέπω καταπεσεῖται, κἂν θαυμαστὸς πάνυ εἶναι δόξῃ τοῖς διὰ τὴν ἰδίαν ἀπραξίαν κεχηνόσι πρὸς τὴν ἑτέρων μεγαλαυχίαν. ἰστέον οὖν τί

A Iniuriam admiſi, [ qui vero tacet, cogitet: ] Iniuriam accepi, & contradicere nolui, aut etiam auſus non fui. adſit modo mihi, per bonam conſcientiam, lætitia & requies: Qui autem iniuriam facere videtur, eum per arrogantem ſuperbiam, ne pudeat conciliare ſibi gratiæ perſuaſione fratrem. Et qui admonetur, ne ſuccenſeat: obſecret vero ipſemet [ tanquam precator ] familiarem. Obuiam namque ire ſibi inuicem par eſt duos, qui ad pacem & gratiam aſpirant: quod & pater agenti pœnitentiam B filio obuiam procedere, neque moram interponere, ſed ſeipſum ad illius reſipiſcentiam offerre cernitur. Benignitas enim, quæ ſecundum fidem eſt, vtrique conciliat pacem: & qui iniuriam intulit, propter delictum commiſſum, amicum deprecatione culpæ flectit: qui autem illam eſt paſſus, pœnitentia ducitur & ipſe, quod aduerſus hominem familiarem ira excanduerit. Extra omnẽ profecto concupiſcentiam & appetitũ carnalem, conſtitutum eſſe oportet fidelem. Qui enim huiuſmodi non eſt, prædas agit, & templum Dei per C ſacrilegium compilat: atque adeo, ut audacius dicam, Deum ipſum à ſeipſo eiicit, ac propter conſcientiam induratam ſenſu mali ſui caret, atque indolens eſt, & à monitoribus animo plane alieno: Adamúmque ille obtendit, & Euæ facto ſeſe effert, cum oporteat commori cum CHRISTO. Conuenit vero nos ſedulo ad nos ipſos ſpectantes, ſine crimine agere & verſari cum hominibus, neque quidquam nugandi gratia loqui. Tacentes autem plurimum, intra modum ad ea quæ opus eſt, vſu vrgente, reſpondere. Fugiendæ prauæ [ aliorum de nobis D ] ſuſpiciones, & noſtra ipſorum [ de aliis ] præſumpta opinio exploranda. Quies ita agenda, vt animo leni ſis & manſueto, & ad iraſcendum non commoueare. Neque inuidendum cuiquam qui præ aliis ametur vnicè, vel ipſe ſuos naturæ ductu amet ex animo. Neq; affectabimus [ quod nobis exhibeatur ] miniſterium, neque [ aliis ] tamquam animi deſtinatione deditaque opera inſeruiemus: amarum, vt aiunt, ingratiis ebibentes. Omnia autem quę fidei ſunt, recta certáque agemus regula. Nam quiſquis talis non eſt, perinde atque ſuper funibus ambulet, primo quoque tempore concidet: quamuis valde admirandus eſſe eis videatur, qui propter ocium & ignauiã propriã, ad aliorum hiant atq; obſtupeſcunt glorioſã iactantiã. Noſcendũ vero quid

id ſit quod gloriæ captandæ gratia inſtituitur, & cuiuſmodi id quod à veritate ex animo profectum peragitur. Ac propter hoc ipſum ſuam quiſque gubernare nauem debet, ita vt ne eum gubernādi ars fugiat aut fallat, neue tempeſtates aduerſas metuat, & ita, vt eà quæ cōtra animi ſententiam euenire queant, exſpectet. Caro enim prorſus ſumus, neque quidquam in nobis habitat boni. Aduocandus igitur ad curam medicus. Et qui ita animatus fuerit, ſanabitur, & morbum effugiet. Opera item danda, ne in dicendo rudes & imperiti eſſe appareamus: neve patulo nimium ore abutamur. alterum enim tarditatem aut paruam fidem, alterum feritatem mūdo dediti hominis oſtendit. Alimentis vtendum, non fructus delectationíſque cauſa; ſed vt viuere velimus ad vſum vtilitatémque aliquam. Quod ſi aliquando à penuria quoque comprehenſi fuerimus, in paupertate placide acquieſcamus. Ac ſi per compendium, mœroris omnis expertis indolentiæ formam audire vultis, in rebus omnibus hilares & placidi [præſentíque ſorte contenti] eſtote: & neque in exuberantia opulenta agentes, per ſuperbam gloriationem concidetis: neque in egeſtate tenui viuentes, per mœrorem & animi ægritudinem ſupplantati, peſſum ibitis: mente veſtra ſemper, iuxta rationem virtute nixam, vno & eodem vultu apparente. Præterea autem mundum omnem non noſtrum, ſed ſupra fidem etiam alienum eſſe ducemus. Et proinde neque amicitias terrenas quæremus, neque quæ ab inſipientibus beatitudinis nomine laudantur, opes, in vrbis magnitudine, aut neceſſariorum copiis: quæ ne expetendæ quidem ſunt. Non enim ex hoc ſumus ſeculo: excepto, ſi cognati eſſe & affines mundi iſtius velimus. Vt autem breuiter dicam, qui bene vult vitam peragere, neque videre multa, neque audire ſtudeat: atque etiamſi audiat aut videat, tamen neque videre ſe, neq; audire putet. nam inde tranquillitatis animi ſpecies initium ſumit. At qui negotiis pluribus implicatus multa agit, cum ſeipſum iniuria afficit, tum proximum inſuper eo adducit, vt vel inuitus æmulatione, propter contendendi cum illo ſtudium peccet. Multoties ergo quæcumque incidit res, conſideranda perſpiciendáque venit: & tum demum vix ab ea diſcedendum, cum neque cauteriis neque ſcalpellis morbum quis fugare valeat.

A μὲν τὸ ἐπιτηδευόμενον δόξης ἕνεκα, ποταπὸν δὲ τὸ κατὰ ἀλήθειαν πραττόμενον. καὶ διὰ τοῦτο οἰακιστέον τὴν ἑαυτοῦ νῆα, μὴ καταψευδόμενον τῆς κυβερνητικῆς, μηδὲ δεδιότα τοὺς χειμῶνας, καὶ πάντα τὸ ἐξ ἐναντίας ἀποβησόμενον, προσδοκῶντα· σάρκες γὰρ ἀκμὴν ἐσμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν ἀγαθὸν ἐνοικεῖ. παρακλητέον οὖν τὸν ἰατρὸν πρὸς τὴν θεραπείαν· ὁ γὰρ οὕτω διακείμενος ἰαθήσεται, καὶ τὴν νόσον φεύξεται. σπουδαστέον δὲ μήτε ἰδιώτην περὶ τὸν λόγον φαίνεσθαι, μήτε ἀνερρωγότι B τῷ στόματι κατακεχρῆσθαι. τὸ μὲν γὰρ, ὀκνηρὸν ἢ ἄπιστον· τὸ δὲ, θηριατικὸν τοῦ κατὰ τὸν κόσμον σπουδαίου δείκνυσι. τροφαῖς δὲ χρηστέον, οὐ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ βούλεσθαι ζῆν ἐπί τι χρήσιμον. ἐὰν δέ ποτε καὶ ὑπὸ ἐνδείας καταληφθῶμεν, πρὸς τὴν πενίαν εὐαρεστῶμεν. καὶ εἰ θέλετε ἀκοῦσαι τῆς ἀλυπίας κατὰ συντομίαν τὸ εἶδος, ἐν πᾶσιν εὐάρεστοι γίνεσθε· καὶ οὔτε πλουτήσαντες διὰ τὴν μεγαλαυχίαν καταπεσεῖσθε· οὔ- C τε ἐν ἐνδείᾳ διάγοντες, ὑπὸ τῆς λύπης πτερνισθήσεσθε, τῆς ἐννοίας ὑμῶν ἀεὶ κατὰ τὸν ἐνάρετον λόγον μονοπροσώπου φαινομένης. ἔτι δὲ ὑποληπτέον πάντα τὸν κόσμον ἀλλότριον, καὶ μὴ ἴδιον, πλέον πίστεως. οὔτε οὖν φιλίαν ἐπίγειον ζητητέον, οὔτε αὖ πολυτέλειαν ὑπὸ ἀνοήτων μακαριζομένην ἐν μεγέθει πόλεως, ἢ δαψιλείᾳ τῶν ἐπιτηδείων· ὧν οὐδὲ ἐπιθυμητέον. οὐ γὰρ ἐσμὲν ἐκ τούτου τοῦ αἰῶνος, χωρὶς εἰ μὴ συγγενεῖς εἶναι τούτου τοῦ κόσμου βουλόμεθα. συνελόντι δὴ εἰπεῖν, ὁ θέ- D λων εὖ διάγειν, μήτε ὁράτω πολλὰ, μήτε ἀκούειν ἐπιτηδευέτω· μήτ' ἂν ἀκούῃ ἢ θεωρῇ, βλέπειν ἢ ἀκούειν νομιζέτω. τὸ γὰρ τῆς ἀταραξίας εἶδος ἐντεῦθεν λαμβάνει τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ πολλὰ πραγματευόμενος, ἑαυτὸν ἀδικεῖ καὶ τὸν πλησίον· ἔτι καὶ ἀκουσίως ἁμαρτάνειν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλονεικίαν ποιεῖ. πολλάκις οὖν διασκεπτέον τὸ ὑποπεπτωκὸς πρᾶγμα, καὶ τότε μόλις χωριστέον ἀπ' αὐτοῦ τὸν μήτε καυστῆρσι, μήτε σμιλίοις τὴν νόσον φυγεῖν δεδυνημένον.

ὁμιλητέον δὲ κοσμικὸν οὐδὲν, ἀλλὰ τὸ καταρτίζον ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀρετήν. τοῦτο γὰρ ἐὰν μὴ γίνηται, πολλὴν ἡμῖν τὴν εὐτραπελίαν ἐργάζεται· καὶ ὁ φιλόνεικος ἐντεῦθεν λαμβάνει τὴν ἀφορμήν. ἤδη γοῦν τινας ἴσμεν δόγματι τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, τὴν ἡμέραν νύκτα ποιοῦντας, καὶ διὰ τὴν ἐσκιρωμένην φαντασίαν ἀλλόκοτον, ἀπιστοῦντας τοῖς ἐνίων κατορθώμασιν, ἀχθομένους δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἅμα τοῦ πονηρόν τι ἀκοῦσαι, τοῦ καταψευδομένου μᾶλλον πιστεύοντας. τί γάρ μοι λέγειν περὶ τῶν διὰ τὸ δυσσυνείδητον τὰς ἀπὸ τῶν πλησίον ὁμιλίας εἰς ἑαυτοὺς ἑλκόντων, καὶ ἵνα ἄλλο τις φθέγξηται περὶ οὑτινοσοῦν, οἰομένων πρὸς αὐτοὺς τείνειν τὸ λεγόμενον, ἀναπλάττειν τε κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκ τούτων δρᾶμα καὶ σκηνήν; οἷς ἀπόχρη τὸ καθ' ὑπόνοιαν λέγειν καὶ γράφειν. γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς ἐν παραβύστῳ μετά τινος τῶν πλησίον συντάττοντας λόγων κεφάλαια, καὶ ὁμιλίας πρὸς μηδὲν εὔθετον ἀνηκούσας, μάχας δὲ διὰ τῶν ψιθυρισμῶν καὶ πολέμους ἐξαρτίζουσας, ἄνω τε καὶ κάτω σκηνοβατοῦντας. καθάπερ ὁ λίαν μεγαλοφώνως τὸν Ὀρέστην ὑποκρινόμενος, φοβερὸς εἶναι καὶ μέγας παρὰ τοῖς ἀνοήτοις διὰ τῶν ξυλίνων ποδῶν, καὶ κοιλίας ἐπιπλάστου, καὶ στολῆς ἀλλοκότου, καὶ προσώπου τερατώδους ὑπείληπται· οὕτω τοῦ αὐτοῦ καὶ οἱ ζῆλον ἔχειν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὸ παρρησιαστικὸν ἐπιτηδεύοντες, διὰ τὸ βούλεσθαι νικᾶν, πᾶν εἶδος ἐλευθερίας προσποιήτου περιτιθέασιν ἑαυτοῖς οἱ φιλόνεικοι, τὸν ζηλωτὴν καταπεπωκότες· ὥσπερ αἱ βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο φυλακτέον, τὸ μὴ ποτὲ μὲν φαιδρῷ τῷ προσώπῳ προϊέναι, ποτὲ δὲ σκυθρωπῷ· καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, παραιτητέον πᾶν τὸ δωδεκαμερὲς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαγγελλόμενον δρᾶμα. τὸ γοῦν ἐμοὶ δοκοῦν εἴποιμ' ἄν, ὅτι πᾶς ὁ τὴν γνώμην κοσμικὸς, καὶ τοῦ ὀρθοῦ κανόνος ἔξω γινόμενος, αὐτοκατάκριτός ἐστιν,

A Nihil autem mundanum in ſermonibus & quotidiana conſuetudine tractandũ atque meditandum; ſed id modò, quod nos ad virtutem perficiat. hoc enim niſi fiat, multam nobis pariat dicacitatem, & vrbanam ſcurrilitatem: & contentionis ſtudioſus, occaſionem inde ſibi altercandi ſumat. Ac ſcimus iã eſſe quoſdam, qui iudicii ſui ſententia, quantum in eis ipſis eſt ſitum, diem in noctem vertunt: & propter abſurdam calloque iam obductam imaginationem, quorũdam recte monitis non credentes, eaque ægre ferentes, ſimulatque mali quid-
B quam audierint, magis ei qui illos per mendacium fallit, fidem habent. Quid enim attinet de eis dicere, qui pro mala conſcientia ſua, proximorum colloquia & ſermones in ſeipſos trahunt: & vbi aliud quiſpiam de quocumq; referat, ad ſe id dictum pertinere exiſtimant: actioneſque ſcenicas & fabulas inde, vt conſuetudo recepta fert, confingunt: quibus ſatis eſt ea ſaltem quæ in ſuſpicionẽ cadunt, & dicere & ſcribere. Riſu vero dignos etiam duxerim, qui in locum ſe-
C cretiorem ſeſe abdentes, cum proximorum aliquo [dicacitatis ſtudio] verborum capita, ſermoneſque & colloquia, ad nullam honeſtatis partem ſpectantia, ſed pugnas atque bella per ſuſurros perficientia componunt, quique ſurſum ac deorſum in ſcenam prodeunt, [ea ſcilicet publicantes & peruulgantes.] Quẽadmodum qui clamore ingenti Oreſtẽ perſona referens, terribilis & magnus ab inſipientibus eſſe putatur, propter pedes ligneos, & ventrem factitium, & veſtem peregrinam, & faciem monſtroſã:
D eodem ſane modo & qui æmulationem obtinere præ ſe ferunt, & libertatem dicendi oſtentant, quia vincere volunt, libertatis ſimulatæ ſpecimen omne ſibiipſis aſſumunt, homines contentionis ſtudioſi: & cum æmulatorem deuorarint, proinde atque Bacchæ, ſub ſchemate & habitu pacifico, haſtas in thyrſis circumferunt. Cauendum inſuper & illud, ne quandoque læto progrediamur vultu, quandoque triſti. Et (ſi verum dicere oportet) vitandum id omne quod in duodecim partes diuiſam quouis die denunciat fabulam & actionem. Sentẽtiam equidem meam dixerim, vnumquemque mundano præditum animo, & extra rectam regulam conſiſtentem, ſuo ipſius iudicio condemnatum eſſe,

ſcientem quid de induſtria prudens faciat; ac bellum quidem quod intra ſe geritur, non ignorantem, pacem autem in viſceribus ſuis non conſectantem. Amici honorandi omnes. Et obiurgatio non in alios modò exercenda, verumetiam ab aliis audienda. Vino vtendum, cum iam lectioni non incũbemus. Qui enim huiuſmodi eſt, vini helluo, & animo vecors eſt, & perpetuo calet. Proximo loquente, neque illum irridebimus, neque prohibebimus: ſed dicere eum permittemus, quoad per ſilentium noſtrum pudore affectus conticeſcat. Cõſulet autem pro ſe quiſque, vtilitati cõmuniter omnium. Admonendus qui quidquam deſignat; ſed non propalam: niſi cum opus ſit, propter illius peruicacem deſpicientiam. Cum mulieribus attentione ſingulari agendum, propter earum faſtum. Quatenus namque aliqua ſeipſam conſpicuam facit, & mulierem ſe eſſe prætendit, deſidiæque & ocio vacat: eatenus fœmina eſt, & ob iſtiuſmodi animũ fidelis non eſt. Proinde eas neque affligemus, neque adulabimur. Hoc vero quod [in eis] amamus, ne cum periculo id faciamus videndum. Multifariam enim ſunt prauitatis commentationes. Quocirca vigilare debemus, reſponſis Saluatoris nauantes, ac nihil de quoquam mali vel dicentes, vel audientes. Et ſcabiem mens contrahit, pluribuſque vitioſis impletur humoribus, ab aliorum familiaritate. Quocirca audienda dumtaxat quæ vtilia ſunt, & ex præſcripto Euangelii agendum. Quæ vero animum quaſi ſupplantant, detrectanda. Quærendum autem de oraculis diuinis: ac, ſi quidem prudenter, pulchrum id fuerit: ſin ſecus, ad inſtar tamen idiotarum & imperitorum [id faciemus.] Inſipienti namque ſapientiam inquirenti ſapientia imputabitur. Ei vero, qui ſibiipſi imaginaria opinione videtur ſapere, ingens adſcribetur probrum & ignominia. Dicitur ſane à Spiritu Inſipiens, qui per imperitiam præter ſenſum errabundus fertur; ita vt inſipientia imperitiæ ſit, ſicut & ſupina ſimplicitas. Scribit vero & Paulus: *Quis cognouit mentem Domini, qui conſilium daturus ſit illi?* Et rurſum: *Nos autem mentem* CHRISTI *tenemus.* Porro qui per inconſiderantiã, quæ minus decent, dicit aut facit, hic cũ ſibi videatur eſſe prudens, ſtultus reputabitur. Sũmittemus autẽ nos per humilitatẽ,

A εἰδὼς ὃ πράττει κατ' ἐπιτήδευσιν, καὶ γινώσκων μὲν τὸν ἐν αὑτῷ πόλεμον, τὴν δὲ εἰρήνην ἐν τοῖς σπλάγχνοις μὴ ἐπισπώμενος. φίλους δὲ τιμητέον πάντας· τό τε ἐλεγκτικὸν οὐ πρακτέον μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ ἀκουστέον. οἴνῳ δὲ χρηστέον, ἐπειδὰν μηκέτι τοῖς ἀναγνώσμασι σχολάζωμεν. ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος, οἰνόφλυξ τέ ἐστι καὶ τῇ γνώμῃ παράφορος, καὶ θερμαίνεται συνεχῶς. λαλοῦντος δὲ τοῦ πλησίον, οὔτε χλευαστέον, οὔτε κωλυτέον, ἐατέον δὲ μέχρις ἂν διὰ τὴν σιωπὴν αἰδεσθεὶς παύσηται. B συμβουλευτέον δὲ τὸ συμφέρον δι' ἑνὸς κοινῇ πᾶσι. νουθετητέον δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατὰ κοινόν, ἐκτὸς εἰ μὴ χρήζει διὰ τὸ ὑπεροπτικόν. καὶ γυναιξὶν ὁμιλητέον ἐπιστρεφέστερον διὰ τὸ ἐκτετυφωμένον αὐτῶν. μέχρι γὰρ τις περίβλεπτον ἑαυτὴν ποιεῖ, καὶ τὸ εἶναι γυνὴ προβάλλεται, καὶ τὸ ἄπρακτον ἐπιτετήδευκε, θήλειά ἐστι, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην γνώμην οὐκ ἔστι πιστή. μήτε οὖν αὐτὰς διώκωμεν, ἀλλὰ μήτε θωπεύωμεν. ὃ δ' ὅπερ ἀγαπῶμεν, τὸ μὴ κεκινδυνευμένως, C πράττωμεν. πολυμερεῖς γὰρ αἱ τῆς κακίας πραγματεῖαι. διὰ τοῦτο γρηγορητέον, τοῖς λογίοις τοῦ σωτῆρος σχολάζοντας, μηδὲν περὶ μηδενὸς φαῦλον λέγοντας ἢ ἀκούοντας. ψωριᾷ γὰρ ἡ γνώμη, καὶ πολλῆς ἐμπέπλησται κακοχυμίας ἀπὸ τῶν ἄλλων ὁμιλιῶν. διὰ τοῦτο ἀκουστέον μόνον τὰ ὠφέλιμα, καὶ ποιητέον κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. τὰ δ' ὥσπερ ὑποσκελίζοντα τὴν γνώμην, παραιτητέον. ζητητέον δὲ περὶ τῶν λογίων, καλόν, εἰ συνετῶς· εἰ δ' οὔ, κἂν ὥσπερ ἰδιώτῃ. ἀνοήτῳ D γὰρ ἐπερωτήσαντι σοφίαν, σοφία λογισθήσεται· τῷ δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φαντασίαν δόξαντι φρονίμῳ εἶναι, πολὺ τὸ τῆς ἀτιμίας προσγραφήσεται. λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀνόητος, ὁ κατ' ἰδιωτισμὸν παρενεχθεὶς τὴν αἴσθησιν, ἵν' ᾖ τὸ ἀνόητον ἰδιωτικόν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀφελές. γράφει δὲ καὶ Παῦλος, τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; καὶ πάλιν, ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. ὁ γὰρ διὰ τὴν ἀλογιστίαν τὰ μὴ δέοντα λέγων ἢ πράττων, ἑαυτοῦ δόξας εἶναι φρόνιμος, μωρὸς λογισθήσεται. ταπεινωτέον δ' αὐτὸν

οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῖς ἔργοις, ὅπως μὴ ὦμεν γόητες καὶ θῶπες, πρᾶοι δὲ, καὶ μὴ κόλακες. καὶ ἔτι προσήκει τὸν ὀρθῶς πολιτευόμενον ἡσυχάζειν τε καὶ ἀπραγμονεῖν, μὴ ὀργιζόμενον, μηδὲ νείκους ἕνεκα σιωπῶντα, σκεπτόμενον δὲ πάνυ τὸ ἐν χρείᾳ, εἰ καλῶς δύναται λέγεσθαι, καὶ τότε μόλις φθεγγόμενον. ὕμνοις τε καὶ ψαλμοῖς καὶ ᾠδαῖς καὶ αἴνοις ῥητέον· μὴ ὥσπερ τὸν διαμαχόμενον αὐτῷ καταχρίνοντα παρακολουθεῖν ἐνίοις αἰνιγματωδῶς, διὰ ψαλμῳδίας τὸν πλησίον λυπεῖν, ἵνα μήτε δοκῇ διαφέρεσθαι, καὶ πῶς γινώσκειν ὥσπερ διὰ τέχνης νομίζων ἐκεῖνον, ἀκατηγόρητον ποιεῖται τὴν φιλονεικίαν. ἀκουστέον δὲ καὶ τοῦ συμβουλεύοντος, οὐ μόνον διδακτέον. πειστέον δὲ κατὰ τὸ ὅμοιον, τῷ βούλεσθαι συγκαταινοῦντα αὐτῷ τὸν πλησίον γίνεσθαι. φρονίμους δ' ὑποληπτέον εἶναι ἄλλους, καὶ τὸ συνετὸν οὐκ ἀπονεμητέον ἑαυτῷ μόνον. δόγματι δὲ τῆς περὶ αὐτῶν οἰήσεως οὐ κινδυνευτέον. ἀλλ' οὔτε καταφρονητέον τοῦ παιδεύοντος, ἀλλ' ἵν' ὅτι μὴ ὀρθῶς φρονεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ, διδακτέον· ἢ κἂν ἀληθεύῃ, πειστέον τε αὐτῷ καὶ ἀκολουθητέον. φιλόνεικος γὰρ ἀνὴρ διπλασιάζει τὸ ἀδίκημα. καὶ δέον μετατίθεσθαι, νικᾶν, ὥς φησιν ὁ μῦθος, τὴν Καδμείαν νίκην ἐσπούδακεν. τὸ δὴ αἴτιον, ἵνα τε κενοδοξῇ καθάπερ οὐδὲν ἁμαρτάνων, καὶ τῷ δόγματι τῆς κινδυνώδους αὐτοῦ διαθέσεως ἐπαναπαύηται. γελοῖοι γὰρ οἱ κεκραγότες ὁσημέραι διὰ τὸ πιστεύειν ἐπικρατεῖν τινὸς πράγματος· εἰς οὕς τινας ἡ ἔρις ἐμβαλοῦσα τὸ μῆλον, ἐπειδὰν εἰρηνεύειν νομίζωσι, ταράττει, περὶ τῶν ἐν κόσμῳ διαφέρειν νομιζομένων λαλεῖν πραγματευομένων. μιμώδεις δὲ καὶ ἄθλιοί τινες, οἱ μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν λέγοντες· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, τεκτονικὴν, τοῦτο δὲ, σκυτοτομικὴν, καὶ πᾶν τὸ ὑποβαλλόμενον αὐτοῖς ἐπιτήδευμα κατὰ καιρὸν εἰδέναι φάσκοντες, καὶ πρὸς τὸν ἐπέχοντα τὸν λῆρον αὐτῶν διεχθρεύοντες. κενόδοξοι δὲ καὶ οἱ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, τῶν πλησίον τὰς ἐπιμελείας ποιούμενοι.

A non verbis modo, ſed operibus etiam ipſis: atque ita quidem, vt ne ſimus impoſtores & palpones, ſed mites, miniméque aſſentatores. Decet eum præterea qui vitam rectè inſtituat, quietum eſſe, miniméque negocioſum; non iracundum, neque contentionis gratia [multiloquum,] ſed tacitum; ſedulo ſecum diſpicientem quid ex vſu ſiet: ac, ſi honeſte quid dici queat, vt tum demũ id proloquatur. Hymni quoque, pſalmi, carmina, & laudes dicendæ: non (perinde quaſi qui concertatorem ſuum obſcuris quibuſdam dictis aſſectans carpit) B vt per pſalmodiam quis proximo ægre faciat, [& hoc agat] vt ab eo diſſentire non videatur, tamquam arte quadam quodammodo illum [quæ canantur] noſſe arbitretur, ac proinde contentionis huiuſmodi ſtudium inculpabile reddat. Audire etiam eos debemus qui nobis conſultum volunt, & non tantum docere, [& conſilium monendo aliis dare.] Perſuaſione vero, pari ratione afferenda vtetur, qui proximum, vt ſecum quid probet, in ſententiam ſuam adducere volet. Prudentes eſſe alios exiC ſtimabimus, & intelligentiam nobiſmet ipſi non arrogabimus. Opinione quam de exiſtimatione ipſi noſtra cõcepimus, non periclitabimur. Monitorem nequaquam deſpiciemus: quem tamen, ſi de rebus noſtris non recte ſentiat, commonefaciemus: ſin vera dicat, morem ei geremus & obſequemur. Vir namque contentioſus, delictum conduplicat: & cum is mutari deberet, Cadmeam (vt in fabula dicitur) vincere victoriam contendit: id vero facit, vt cùm inani ſe gloria iactet, quaſi nihil ipſe committat, tũ D in ſententia periculoſæ affectionis ſuæ acquieſcat. Ridiculi enim ſunt qui clamitant, quotidie propter fidem ſe negocium aliquod ex ſententia inter eos conficere: inter quos dum pacate agere exiſtimantur, diſcordia malum iniiciens turbas ciet: de eis quæ in mundo in precio eſſe iudicantur, rebus loqui elaborantes. Illi autem mimici & ærumnoſi, qui nihil non ſe expertos eſſe aiunt; ac nunc quidem artem fabrilem, nunc autem coriariam, & quodcumque eis ſubiicitur ſtudium, ſuo tempore ſe pernoſſe dicunt; & aduerſus eos qui illorum delirationem inhibent, inimicitias ſuſcipiunt. Vanam quoque gloriam aucupantur, qui laudem ab hominibus captantes, proximorum res curant.

Ingens penes eos eſt periculum, qui Diem Domini appellant, [ad tribunal CHRISTI prouocantes ſcilicet.] aut enim eos credere oportet, iudicium ſe Dei effugituros eſſe; aut etiam ob id noxa proximo remittenda venit, vt & ipſis à Domino contingat peccati condonādi gratia. Qui vero id ira correpti faciūt, grauibus ſeipſos contractibus obſtringunt. Cauenda præterea nonnullorum inſolens arrogantia, qui cum ſeipſos corrigere deberent, eis obſequuti qui ſtolidè admodum illis conſulunt: Non ſatisfacio, inquiunt, per excuſationem aut deprecationem tibi. retine ſane quā de me concepiſti opinionem. Quid enim de eis loquar, qui ſibi ipſis, cū quis eos commonere velit, placent, quique oppido quam mundani dictitant, Neque tu me ſeruare, neque vero etiam damnare potes. Equidem permultos noui, qui propter conſcientiæ prauitatem, & animorum impuritatem, proximorum delictis gaudent. Improbandi qui mendacio, minime ſe indignari dicentes, fallunt: tum autem qui comiter quidem nobiſcum agere ſtudent, colore vero, & oculis, & occulto vel capitis vel ſuperciliorum nutu, vel manuum pulſu, calumnioſe circumueniunt. eſt enim difficile, ne dicam impoſſibile, aliquem non ſui ipſius fieri accuſatorem. Fidelium autem quiſque cum rideri ſe à quopiam putat, eo ipſo quod eiuſmodi illius erga ſe eſſe intelligit animum, prauitatem talem viciſſim ludit, improbitatis eius affectionem perſpectam habens. Atque vt paucis dicam, quiſquis ipſe ſeipſum iudicat, extra omne poſitus eſt delictum. At eorum qui multa iurgioſe vociferantur, nullus recte ſapit. Qui modo pallet, ac mox deinde rubet, & conſtitutione corporis variat: hic veluti chamæleon, in æſtu & ſolitudine oberrat. Iam quorundam etiam animi affectiones, in ipſa lectione deprehenduntur. Simulatque enim quis legit, mores & modum mentis eius clare illi perſpiciunt quibus rectum eſt animi iudicium. Quali vero quiſque ſit animo, vita etiam eius oſtendit: nam ex conuerſationis quotidianæ ſtudiis, non apparētes intelligūtur naturæ. Cauēdus etiā cōtentioſus ille, qui contra nō nitendo, vt vincatur, arte quadā efficit. Cōducibile quippe ei eſt, cū vincere ſtudeat, ex-

A μέγας τε ὁ κίνδυνος παρὰ τοῖς τὴν ἡμέραν κυρίου ἐπικαλουμένοις. ἢ πιστεύειν γὰρ δεῖ, ὅπως φύγῃ τὴν κρίσιν, ἢ καὶ τῷ πλησίον ἀφιέναι, χάριν τοῦ καὶ αὐτῷ παρὰ Θεοῦ γίνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν· οἱ δὲ, τῇ παραφορᾷ τῆς ὀργῆς δεσμεύουσι καθ' ἑαυτῶν συναλλάγματα. Φυλακτέον δὲ ἔτι καὶ τὴν τινῶν ἀλαζονείαν, οἳ, δέον ἐπανορθοῦν ἑαυτοὺς, πειθόμενοι τοῖς συμβουλεύουσι πάνυ βλακωδῶς, οὐδ' ἀπολογοῦμαί σοι, φασίν· ἔχε ταύτην ἣν ἔχεις ὑπόνοιαν περὶ ἐμοῦ. τί γάρ

B μοι λέγειν περὶ τῶν ἑαυτοῖς ἀρεσκόντων, ἐπειδὰν τις αὖθις βούληται νουθετεῖν; οἱ πάνυ κοσμικῶς, οὔτε σύ με, φασὶ, σώζειν, ἀλλ' οὐδὲ καταχρίνειν ἰσχύεις. γινώσκω δὲ ἐγὼ πολλοὺς διὰ τὸ δυσσυνείδητον, καὶ τὸ μὴ καθαρὸν τῆς γνώμης, τοῖς τῶν πλησίον ἁμαρτήμασιν ἐπιχαίροντας. καταγνωστέον καὶ τῶν ψευδομένων ὅτι μὴ χαλεπαίνουσι· καὶ τῶν πρᾳέως μὲν ὁμιλεῖν ἐπιτηδευόντων, ὑπὸ δὲ τοῦ χρώματος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τοῦ λεληθότος κινήματος ἤτοι κεφαλῆς, ἢ ὀφρύων, ἢ χειρῶν

C πατάγου διαβαλλομένων. ἀδύνατον γὰρ μὴ ἑαυτοῦ κατήγορόν τινα γίνεσθαι. πᾶς δὲ πιστὸς, ἐπειδὰν διαπαίζεσθαι νομίζηται ὑπό τινος, κατὰ τὴν τοῦ οὕτως πρὸς αὐτὸν διακειμένου σύνεσιν, ἀντιβουκολεῖ τὴν ἐκείνου κακίαν, ἐν τῷ γινώσκειν αὐτοῦ τῆς ἀγνωμοσύνης τὴν διάθεσιν. συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ κρίνων ἑαυτὸν, ἔξω παντός ἐστι πλημμελήματος. τῶν δὲ κεκραγότων οὐδεὶς σώφρων ἐστίν. ὁ δὲ νῦν μὲν ὠχρὸς, εἶτα ἐρυθρὸς, τῷ δὲ συγκρίματι τοῦ σώματος ποικιλλόμενος, οὗτος ὥσπερ χα-

D μαιλέων ἐν τῷ καύσωνι καὶ τῇ ἐρημίᾳ περινοστεῖ. καταμαντευτέον δὲ ἔτι καὶ τὰς ἐνίων διαθέσεις, ἐπὶ τῆς τῶν ἀναγνωσμάτων ἐπιτηδεύσεως. ἅμα γὰρ τις ἀναγινώσκει, καὶ ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς φρονήσεως δῆλος γίνεται παρὰ τοῖς ἐρρωμένοις κριτικοῖς. ποιότητες δὲ ψυχῶν καὶ ἀπὸ τοῦ βίου δείκνυνται. διὰ γὰρ τοῦ περὶ τὴν ἀναστροφὴν ἐπιτηδεύματος γινώσκονται καὶ τῶν μὴ φαινομένων αἱ ὑποστάσεις. παραιτητέον δὲ καὶ τὸν ἐριστικὸν διὰ τέχνης αὐτὸν ἀποτιθέμενον ἐν τῷ μὴ ἀντιφιλονεικεῖν νικᾶσθαι. ᾧ ἄμεινον, ὑπὲρ τοῦ μὴ κινδυνεύειν

A νικᾷν σπουδάζοντα, τὸ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐπιτηδεύειν. ὁμιλίας δὲ ποιεῖσθαι χρὴ τὰς ἀσυνειδήτους. καὶ οἱ περίπατοι διὰ τὸ σωμάτιον γινέσθωσαν, μὴ διά τινα πραγματείαν, συναλλάγματα βίαια κατὰ τοῦ πλησίον συγκαττύοντας. οὐκ ἄτοπον δὲ χαριεντιζομένους ἡμᾶς τὸ δύσεργον ἀπαλεῖψαι τῶν ὑπὲρ λίαν συνετῶν. διὰ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἀναγκαῖον, τούτου χάριν ἀποτείψασθαι ἐπὶ τόπων τινῶν ἀφωρισμένων, ἐφ' οἷς ἔθος ἐστὶν ἐνίοις προσποιητῶς ὑποχωρεῖν, καὶ τὸ τέλος τῆς κατά τινων σκέψεως ἐν τοῖς ἀφεδρῶσι B συντελεῖν. ὥσπερ δὲ ὁ κωμικὸς πατὴρ ἀσωτευόμενον τὸν υἱὸν βαστάζειν φησὶ, κἂν ὀσφρανθῇ τοῦ μύρου, μὴ ὀσφραίνεσθαι λέγει, δυσωδίᾳ περιγράφειν αὐτοῦ τὸ ἁμάρτημα πειρώμενος· οὕτως κἀγὼ συμβουλεύω τοῖς ἄγαν ἐσκληραγωγημένοις τοὺς φρονιμωτέρους ἐμφαίνειν, ὅτι μήτε ἃ πράττουσιν ἐπίστανται, μήτε ἃ λέγουσι γινώσκουσιν. ὁ δὲ παρ' ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι νομίζων, ἀντικρούει πρὸς τὰς νουθεσίας, καὶ ἀντιδοξεῖ, καὶ τοῦ συμβουλεύοντος ἀντίδικος γίνεται, καὶ μελετᾷ καθ' ἑαυτὸν τὸ C ἀνθρώπινον καὶ ἄπιστον. διὰ τοῦτο παρέχωμεν ἑαυτοὺς ἀλήπτους, μὴ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς μόνον πράττοντες, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. ὀργιστέον δὲ, καλὸν μὲν, εἰ μηδέποτε· μανίας γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον εἶδος· εἰ δέ ποτε καὶ κατεπείγει, συγχωρητέον τῇ ὀργῇ πρὸς τὴν τοῦ πλησίον θεραπείαν. ὁ γὰρ παρὰ λόγον αὐτὴν πραγματευόμενος, μισεῖ πρῶτον μὲν ἑαυτὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν πλησίον· ἑαυτὸν μὲν ταράττων, ἐκεῖνον δὲ ὀδυνῶν. γέγραπται γὰρ, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος εἰκῇ τῷ ἀ- D δελφῷ αὐτοῦ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. τὸ δὲ τοῦ κινήματος αὐτὸς τις καθ' ἑαυτὸν γινόμενος καταμαθεῖν δυνατός. ἤδη δέ τινας ἴσμεν διὰ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον νουθεσίας ἑαυτοὺς κατακρίνοντας. ὃ γάρ τις παιδεύει τὸν ἕτερον, τοῦτ' αὐτὸς ποιείτω πρότερον· μήπως λάθῃ διὰ τοῦ πλησίον καθ' ἑαυτοῦ ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν. ῥητέον οὖν τῷ εὐγνώμονι πρὸς ἑαυτὸν, ἐπειδὰν τινῶν ἁμαρτήμασι τὸν ἑαυτοῦ χρήσῃ νοῦν, μή τι ἄρα κἀγὼ τοιοῦτος;

tra periclitandi aleam, non recta in certamine inſiſtere ratione. Cum bona cõſcientia, in vitæ conſuetudine cum hominibus agendum. Corporis etiam cauſa deambulandum, non propter negotiationem quampiam, vt cõtractus violentos aduerſus proximos ſtruamus. Nõ abſurdum autem fuerit, nos ſalibus iocabũdos eorum tetricos abſtergere mores, qui ſupra modum ſunt intelligentes. nam eorum quæ naturæ neceſſitas fert, reiiciendorum gratia ad loca quædam ſecretius deſignata diuertimus: ad quæ etiam nonnulli per ſimulatum prætextum, ex conſuetudine ſecedunt, & finem meditationibus contra quoſdam in ſeceſſibus ipſis imponunt. Et quemadmodum Comicus pater ſe luxu diffluentem filium ferre dicit, & quamuis vnguentum illum olere ſentiat, tamen ſe olfacere negat, ingrato eo odore peccatum iuuenis circumſcribere connitens: ita & ego conſulens ſuaſerim prudentioribus, vt ſe tales quoque erga eos qui duriori aſſueuere vitę, exhibeãt: quoniam illi neque quæ faciant, neque quæ dicant, intelligunt. Qui iudicio ipſe ſuo ſe ſapientem eſſe arbitratur, admonitionibus repugnat, diuerſaſq; habet opiniones; & eius qui illi conſulit, aduerſarius redditur: & ſecum ipſe, id quod humana fert natura, meditatur, & monitoribus non credit. Quocirca nos ipſos irreprehenſibiles præbeamus, ita vt non modo quod nobis ipſis placitum eſt, ſed etiam quod multis, vt & ipſi ſaluentur, faciamus. Iraſci autem, numquam quidem pulchrum: furoris enim ſpecies, commotio huiuſmodi eſt. Si quando tamen illa in nos inuaſerit, concedendum aliquid erit iræ, ad proximi curam & correctionẽ. Nam qui ea præter rationem vtitur, ſeipſum primum odit, deinde & proximum; ſeipſum perturbando, proximum dolore afficiendo. Scriptum eſt enim, quod quiſquis iraſcitur fratri ſuo temere, iudicio obnoxius ſit futurus. Cõmotionis ſane huius vim, ſi apud ſeipſum ſit aliquis, percipere poſſit. Cæterum iam quoſdam nouimus, qui obiurgationibus aduerſus proximũ vtentes, ſeipſos condemnant. Quod enim alium quis inſtituit, id prius ipſe præſtare debet: ne imprudens, per proximum, contra ſeipſum ferat ſententiam. Dicet igitur ſibi ipſe, cum ad aliquorum peccata animum aduertit vir cordatus; Numquid & ipſe ſum huiuſmodi?

Vinum neque quotidie ad ebrietatem A bibendum, neque perinde atque aqua requirendum. Vtraque certe creatura eſt Dei: ſed aqua, neceſſitatis eſt; vinũ, iuuandi corporis gratia datum. Hoc primum linguam quaſi catenis alligat: & velut ignem ex oculis emittens, & greſſibus tremens, mortiferum admittit medicamentum: nec è ferro falcem procudit, aut inſtrumentum aliquod ad terram colendam appoſitum; verum enſem aut cuſpidem conficit, Dei transformans œconomiam & ordinationem. Vinipotor namque, hieme quidem pro- B pter algorem bibat, neceſſe eſt, ne frigore rigeat: æſtate autem, vt viſcera interna curet. Qui vero illo abutitur, delirat, & haud aliter quam ſus aut canis, curationis affluentia efferueſcens, turpiter ſe dat. Minime autem omnium nos oportet, perinde atque luxu perditos, creaturis Dei abuti, ſitim ad ebrietatem pertrahentes: ſed potum ad ſitim ſaltem reſtinguendam ſumere. Quicũque vero vinum in ſe ingurgitando atq; ſorbendo, quemadmodum febri laborantes, in medio æſtus ardore potant, C primo quoque tempore per intemperantiam emoriuntur. Fugienda non minus guloſitas; & paucus cibus ac neceſſarius dumtaxat capiendus. Quo namque modo corpus ægrotum multis ac prope infinitis indiget medicamentis, eodem etiam modo ægritudine ſua laborans infelix animus, tantum non pellibus impleri vult. Ac ſi quis cauſam roget, corpoream is fingit affectionem. Ad quod genus hominum dicendum, Non omne inſtitutum, quamuis opinione mentis confirmetur, probabilem habe- D re excuſationem. Inueniri enim ad ipſos etiam adulteros, & homicidas, & fugitiuos defendendos, ſatisfactiones plures, recte, quod ab illis commiſſum ſit, factum eſſe. Verum qui interrogatus cauſam mali reſpōſo ſuo eloquutus eſt, ſententiam valde admirandam protulit: Alimẽtis vtendum, vt ne eſuriamus. At qui huiuſmodi eſt, [ gulæ ſcilicet deditus] centimanus, quantum in eo eſt collocatum, cum capitibus quinquaginta circuire vult, tricipites cum ſex manibus quærens Geryones, manibúſque multis per ora complura ingluuiem implere ſatagẽs. Porro diuitias nequaquã laudabimus, & paupertati nõ cõui-

A ὁ δὲ οἶνος μήτε ὁσημέραι ἐπὶ τὸ μεθύειν πινέσθω, μήτε ὡς ὕδωρ ἐπιζητείσθω. ἑκάτερα μὲν γὰρ Θεοῦ ποιήματά ἐστιν· ἀλλὰ τὸ μὲν ὕδωρ, ἀναγκαῖον· ὁ δὲ οἶνος, βοηθείας χάριν τοῦ σώματος γέγονεν. ὁ δὲ πρῶτον μὲν τὴν γλῶτταν δεσμευόμενος, πῦρ δὲ ὥσπερ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν λάμπων, τρέμων δὲ καὶ ταῖς βάσεσι, καὶ ἀναισθητῶν, φάρμακον προσίεται θανάσιμον· τὸν μὲν σίδηρον οὐ ποιῶν δρέπανον, ἤ τι τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν, μάχαιραν δὲ αὐτὸν ἢ λόγχην κατασκευάζων, καὶ μεταπλάτ- B των τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. ὁ γὰρ οἰνοπότης, δέον τοῦ μὲν χειμῶνος, διὰ τὸ κρύος πίνειν, μέχρι τοῦ μὴ ῥιγοῦν· τοῦ δὲ θέρους, διὰ τὴν τῶν ἐντὸς θεραπείαν· παραχρώμενος δ' αὐτῷ, ληραίνει, καὶ δίκην συῶν ἢ κυνῶν, ῥεύματι τῆς θεραπείας ὑπερζέων, ἀσχημονεῖ. χρὴ δὲ μὴ καθάπερ ἀσωτευομένους ἡμᾶς παραχρῆσθαι τοῖς τοῦ Θεοῦ ποιήμασι, τὴν δίψαν εἰς τὴν μέθην ἕλκοντας· ἀλλὰ μεταλαμβάνειν ποτοῦ, χάριν τοῦ μὴ διψᾶν. ὅσοι δὲ ῥοφῶν- C τες τὸν οἶνον, καθάπερ οἱ πυρέττοντες καυσωνιζόμενοι πίνουσιν, ὅσον οὐδέπω διὰ τὴν ἀκρασίαν τεθνήξονται. παραιτητέον δὲ καὶ τὴν λιχνείαν, ὀλίγων τινῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντα. καθάπερ γὰρ σῶμα νοσοῦν, πολλῶν καὶ μυρίων δεῖται φαρμάκων, οὕτω καὶ ἡ δι' αὐτὴν ἀτυχοῦσα ψυχὴ, μονονουχὶ καὶ δερμάτων ἐμπίπλασθαι βούλεται. κἂν πύθηταί τις τὸ αἴτιον, πάθος ἀναπλάττει σωματικόν. πρὸς οὓς ῥητέον, οὐ πᾶν ἐπιτήδευμα δόγματι τῆς ἐννοίας κρατυνόμενον, εὐα- D πολόγητον ἔχει τὴν ἀπόδειξιν, ὡς καὶ μέχρι μοιχοῦ καὶ φονέως καὶ δραπέτου πολλὴν εὑρίσκεσθαι τὴν ἀπολογίαν, ὅτι καλῶς πράττεται τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον. ὁ δὲ εἰπὼν πρὸς τὸν πυνθανόμενον τὸ αἴτιον τοῦ κακοῦ, καὶ ἀποκρινόμενος, δόγμα πάνυ θαυμαστῶς ἐξεφώνησε· Τροφαῖς ἄρα χρηστέον, ἐπὶ τὸ μὴ πεινῆν. ὁ δὲ τοιοῦτος, ἑκατοντάχειρ τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ βούλεται περιπατεῖν, καὶ πεντηκοντακέφαλος, Γηρυόνας τρικεφάλους καὶ ἑξάχειρας ζητῶν, πολλαῖς χερσὶ καὶ πλείοσι στόμασι λαιμαργεῖν ἐπιτετηδευκώς. ἐγκωμιαστέον δὲ πλοῦτον μὲν οὐδαμῶς, πενίαν δὲ οὐ λοιδορη-

PAGE(S) MISSING

τέον. ὁ μὲν γὰρ, ἐξηλεγμένης ὕλης κρατιοῦ-ται· φθορὰ δὲ τὸ τέλος τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκώληκες, καὶ σῆλαι, καὶ πῦρ, καὶ πτῶσις, καὶ λῃσταὶ, καὶ τύραννος· ἡ δὲ, κεχωρισμένη μὲν τοῦ νῦν αἰῶνος, ζητεῖ δὲ τὸ ἀληθὲς μόνον, ὑπὸ μηδενὸς περισπωμένη προσκαίρου. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐγγράφως ὑπεθέμην, νουθετεῖν βουλόμενος τὸ ἀτάραχον, καταρτίζειν τε ὑμᾶς πρὸς τὸ τέλειον καὶ ἐνάρετον σπεύδων. ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἔξω τοῦ κανόνος τρέχει τοῦ δοθέντος αὐτῷ, καὶ διὰ τὸ ἄτακτον ἔξαθλος γίνεται· κἂν πάνυ ταλαιπώρως τῆς ἀπὸ τῶν γενναίων ἀθλητῶν ἐπιχορηγείας τύχῃ, βρώσεως ἢ πόσεως ἢ ἐσθῆτος ἀπολαύσας, οὐδὲν ἧττον ἀστεφάνωτός ἐστι. καὶ οἱ μὲν εἰσελθόντες εἰς τὴν ἠγαπημένην πόλιν τοῦ πατρὸς, γέρας ἀΐδιον μεταλήψονται· τοῖς δὲ ἀποβήσεται διὰ τῆς ἐνταῦθα τροφῆς, τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἀπολαύσεως μὴ μεταλαμβάνειν. γυναῖκα δὲ τιμητέον, προνοοῦντας μὴ ἄρα σφαλῶμεν· καὶ προσιτέον αὐταῖς ὑγιῶς καὶ μὴ περιέργως, δεδιότας τῆς μετ' αὐτῶν ἀναστροφῆς τὸ κινδυνῶδες, καὶ προγινώσκοντας τό τε εὐμετάβολον αὐτῶν, καὶ τὴν εἰς ὅπερ οἴονται γεγονέναι συνείδησιν. φυλακτέον δὲ πρὸ πάντων τὰς ἐν παραβύστῳ κοσμικὰς αὐτῶν ἐπιτηδεύσεις, αἵτινες κρύφα γινόμεναι, καταγινώσκονται μὲν καὶ ὑπ' αὐτῶν, γίνονται δὲ ἐπὶ τὸ τοὺς πλησίον καταπίνειν. συμβαίνει γοῦν ἐνίαις κλεπτούσαις ἑαυτὰς, διὰ τὸ μὴ ἐκ προδήλου τολμᾶν καλλωπίζειν τὰς ὄψεις, διὰ τέχνης τοῦτο πράττειν· εἰς ὕδωρ γὰρ ἢ ἔλαιον κατακύπτουσαι, κρίνουσιν ἑαυτὰς, εἰ πρὸς τὴν σωφροσύνην δύναιντ' ἂν πολεμεῖν. ἀλλά τις καὶ ἕτερος τρόπος τῆς τοιαύτης ἐπιβουλῆς αὐτῶν πραγματεύεται· κρύφα γὰρ κεφαλῆς ἐπιψαύουσαι τῶν πλοκάμων, τοὺς πλησίον ὥσπερ κλέπτουσαι διακοσμεῖν τὰς ἐθείρας περιέργως, καὶ τῶν παρειῶν καὶ τῆς ὑπήνης ἄκροις δακτύλοις ψαύουσι· περιβλέπουσι δὲ καὶ ἑαυτὰς, τῆς κεφαλῆς ἀκινήτου οὔσης. ὁμιλητέον οὖν πρὸς τὰς τοιαύτας ῥωμαλεώτερον, τοὺς κεχυμένους κλάδους αὐτῶν ἀποκόπτοντας·

A ciabimur. Illæ ſiquidem, è materia ſolidantur ſelecta: materiæ autem finis eſt deſtinatus corruptio, & vermes, & tineæ, & flamma, & ruina, & prædones, & tyrannus. Hæc vero, à præſenti ſegregata ſeculo, id quod verum [certúmq;] eſt, tantummodo conſectatur, neque rebus vllis temporalibus diſtrahitur. Hæc vobis præcepta conſcripſi, inſtituere vos ad animi tranquillitatem volens, & inſtruere ad perfectionem & virtutis actionem ſtudens. Nam qui iſtiuſmodi non eſt, extra præſcriptum & regulam ſibi propoſitam diſcurrit. Et quia ordines in certamine inito non ſeruat, victoriæ præmio excidit: quantumuis
B cum ingenti ſua ærumna, auxilia generoſorum athletarum concertatorumq; fuerit nactus, & vtcumque cibum aut potum aut veſtem recipiat: nihilo tamẽ minus coronam non reportat. Atque illi quidem qui in dilectam Patris vrbem euadunt, præmium percipient ſempiternum: hiſce autem eueniet vt per alimenta iſta terrena, veras illas delicias nõ ſint participaturi. Mulierculæ honorandæ quidem nobis ſunt: ſed ne labamur aut fallamur, prouidendum. Et adeundum ad illas mente ſana, non ſedulo & indulgenter nimiũ: periculúmq; quod in illarum conſuetudine ineſt, metuen-
C dum. Præuidenda etiam earum animi ad mutabilitatem propenſio, & eius rei quam propter ſunt factæ, conſcientia. Obſeruandæ autem in primis earũ quæ ad mũdum & ornatum muliebrem pertinent, in abdito loco mundanæ molitiones: quæ quidem cum occulte ab eis fiant, etiam ſuopte earum iudicio improbantur, ad proximos autem deglutiendos fiunt. Vſuuenit ergo quibuſdã ſeipſas fallentibus, vt cum aperte vultum pigmentis fingere non audeant, ar-
D te id faciant. Nam in vndam aut oleum facie inclinata deſpicientes, de ſeipſis iudicant, an aduerſus caſtitatem belligerare poſſint. Verum alius quoq; modus inſidioſæ huiuſmodi artis, ab eis per calliditatem inſtituitur. Clam enim cũ capitis cincinnos diſtrinxerint, tamquã proximos fallentes, eiſque obrepentes ſub prætextu, vt cum quadam ſolicitudine comam componant: primoribus quoque digitis maxillas ſimul & capillũ contingunt. Circumſpiciunt etiam ſeipſas capite ipſo immoto. Conuerſandum ergo cum talibus, firmo & præſenti animo. Et profuſi eorum rami recidendi: quum-

primum enim comprehendas, cedentes ſequuntur: & fructus à vulpibus latibula ſua ſub terra habentibus comeſtur. Itaque iuxta Prophetam, *ſtimulo vtendum aduerſus aſinum, flagello contra equũ*: vt excitetur quidem ignauus, pulſetur autem commonitionibus, qui propter effrenatam licentiam habenas & imperium detrectat, & ſecundum Hieremiã, *ne nos ipſos faciamus equos fœminarum amore inſanientes, neque ad vxorem proximi hinniamus.* Mulier autem quæuis, ſoror quidẽ eſt [noſtra] proximi vero coniux dicetur, hoc eſt IESV CHRISTI Saluatoris noſtri, quæ nobis certè, ſecundum eum in Deum & Patrem rerum vniuerſarum obtinemus amorem, quoniam proxima eius eſt, & honore & caritate eſt complectenda, quemadmodũ Paulus: *Adiunxi*, ait, *vos omnes vni viro, vt virginem caſtam exhiberetis* CHRISTO. Eſt præterea proxima mulier, caro in nobis ad quam non hinniendum. Adhinnit vero etiam, qui animi ſui libidinem nõ expleuit, concupiſcentia tantummodo eius appetitionem exhalante: quamuis ea finem ſuum non capiat. Aduertendi quoque in pueros animi: quoniam talium eſt regnum cælorum. Neque ęgroti negligendi. Haudquaquam autem dicendum: Miniſtrare non didici. Nam quo molliciem ſuam & inſeruiendi inſolentiam, vt prætextum, obtenderit: is ſcire debet, eadem ſe paſſurum eſſe. Ac poſtquam ſimile quidquam ſenſerit, ſententiæ ipſe ſuæ iudicium proprium incuſet, itidem ſibi rebus euenientibus, vt ipſe erga alios fecit. Proinde ne negligens quidem negligendus. Deus nãque eſt qui iudicat. Et qui beneficium vult accipere, per benignitatis opera quaſi theſaurum, ſic proximorum erga ſeipſum beneficentiam colligat. Pudor autem ille in vitio eſt, vt vereamur, ſi ipſi manibus noſtris opus fecerimus; ne quis nos miſeros, & aliorum auxilio deſtitutos eſſe ſuſpicetur. Atq; hoc vnum etiam cauendum, ne quis eos de prauitate & vita mala calumnioſe ſugillet, qui ſe Deum noſſe dicunt. Et, vt paucis dicam, mundi triſticia, mortem eis conciliat qui illa ſunt implicati: At quæ ſecundum Deum eſt triſticia, vitæ progignit ſenſũ. In primis vero nouerimus, & morbũ reſpoſitũ eſſe corporibus noſtris, & detrimentũ, & penuriã: & qui nobis gratiã

A ἅμα γὰρ τῷ καταληφθῆναι, καταμύουσι, καὶ ὁ καρπὸς τῶν ἀλωπέκων κατεσθίεται τῶν φωλευόντων εἰς τὴν γῆν. διὰ τοῦτο κατὰ τὸν προφήτην, κεντριστέον μὲν τὸν ὄνον, μαστικτέον δὲ τὸν ἵππον. ἵνα διεγείρηται μὲν ὁ νωθής, τύπτηται δὲ ὑπὸ τῶν νουθεσιῶν διὰ τὸ ἀχαλίνωτον, ὁ ἀφηνιάζων, ὥστε κατὰ τὸν Ιερεμίαν, μὴ καταρτίζωμεν ἑαυτοὺς ἵπποις θηλυμανεῖς, μηδὲ πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον χρεμετίζωμεν. γυνὴ δὲ ἐστὶν ἀδελφὴ μὲν πᾶσα· τοῦ δὲ πλησίον εἴρηται γυνή, τουτέστιν Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἥντινα μετὰ
B τὴν πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἀγάπην, ὅτι πλησίον ἐστὶν αὐτοῦ, τιμητέον καὶ ἀγαπητέον, ὡς Παῦλος, ἡρμοσάμην, λέγει, πάντας ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. ἔστι δὲ καὶ ἡ πλησίον γυνή, σὰρξ ἐν ἡμῖν, ἐφ' ἣν οὐ χρεμετιστέον· χρεμετίζει δὲ ὁ μηδέπω πεποιηκὼς τὴν ἐπιθυμίαν, ἀναθυμιωμένης αὐτῷ τῆς ὀρέξεως, κἂν μὴ λαμβάνῃ τὸ τέλος. προσεκτέον δὲ καὶ παιδίοις, ὅτι τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. νοσούντων δὲ οὐκ ἀμελητέον, οὐδὲ ῥητέον, ὅτι διακονεῖν οὐκ ἔμαθον. ὁ γὰρ τὴν τρυφερίαν ἢ
C τὸ ἀσυνήθες προβαλλόμενος, ἴστω καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ πεισόμενος. καὶ ἐπειδὰν πάθῃ τι τοιοῦτον, τῆς γνώμης αὐτοῦ τὸ αὐτοκατάκριτον αἰτιάσθω, συμβαινόντων αὐτῷ ταῦθ' ἅπερ διέθηκε καὶ αὐτός. οὔτε μὴν τοῦ ἀμελοῦς ἀμελητέον. Θεὸς γὰρ ὁ κρίνων ἐστί. καὶ ὁ βουλόμενος εὖ πάσχειν, θησαυριζέτω διὰ τῆς εὐποιίας τὴν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ πλησίον εὐεργεσίαν. αἰσχύνεσθαι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔχει, μή τις ἄρα διὰ τὴν αὐτουργίαν, ἀθλίους ἡμᾶς καὶ ἀβοηθήτους ὑπολάβῃ· μόνον δὲ φυλακτέον, μή τις ἐπὶ κακίᾳ καὶ πονηρῷ βίῳ διαβάλῃ, τοὺς εἰ-
D δέναι Θεὸν φάσκοντας. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἡ μὲν τοῦ κόσμου λύπη θάνατον ἐργάζεται τοῖς ὑπ' αὐτῆς κρατουμένοις· ἡ δὲ κατὰ Θεὸν λύπη, τὸν τῆς ζωῆς τίκτει νοῦν. πρὸ πάντων δὲ γινώσκωμεν, ὅτι καὶ νόσος ἀπόκειται τοῖς σωματίοις ἡμῶν, καὶ ζημία καὶ ἔνδεια, καὶ ὁ ἀχαρι-

στήσων, ἐρεῖς. καὶ διὰ τοῦτο χρὴ προμελετᾷν τὸ ἀποβησόμενον, ἵνα μὴ συμβαῖνον, θαῦμα καὶ ἔκπληξιν παρέχῃ ταῖς καρδίαις ἡμῶν· ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐρεῖ πρὸς τὸ συμβεβηκὸς πάθος, ᾔδειν ὅτι μέλλεις ἐπιέναι· τῆς προσδοκίας σου οὐκ ἀπέτυχον· προεγίνωσκόν σου τὴν ἔφοδον. κἂν τοιοῦτός τις ᾖ, στήσεται καὶ οὐ καταπεσεῖται. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ αἰφνιδίῳ ταράττεσθαι, ἢ κεκραγέναι, πολλάκις δὲ καὶ ὀδύρεσθαι, λίαν ἐστὶ ταλαιπώρου γνώμης. προσεκτέον οὖν τῇ ἀρετῇ μόνον, καὶ τοῖς τὰ περὶ αὐτῆς διηγουμένοις προσιτέον· οἷς δ' ἂν μὴ παρῇ τῶν λεγομένων ἡ πρᾶξις, τούτοις διὰ τὸ ἐνεδρευτικὸν χαίρειν εἰπόντες, τοὺς συστρατευομένους ἡμῖν ἐπιζητῶμεν. ὁ γὰρ λέγειν μὲν ἐπιτηδεύων ὅτι οὐκ ἄρχων εἰμὶ καὶ δικαστής. πράττων δὲ ἀγαθὸν οὐδὲν, οὗτος ὡς ὑπὸ τυράννων πολλῶν κρατούμενος, λανθάνει τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύων, καὶ ἀποδιδύσκων τοὺς ὁδῷ βαδίζειν σπεύδοντας. μακάριος οὖν ὁ τῇ καρδίᾳ καθαρός. ὑπὸ τούτου γὰρ ὁρᾶσθαι μόνον τὸ θεῖον δυνατόν. φθόνου δὲ καὶ βασκανίας μακρὰν κεχωρίσθαι δεῖ τὸν πιστόν. εὔχεσθαι δὲ ὁσημέραι, καὶ λόγῳ πλουσίους εὑρίσκεσθαι, καὶ πράξει δυνατούς· μέλη γὰρ ἀλλήλων ἐσμέν. διὰ τοῦτο, τῷ μὲν πάσχοντι συμπάσχωμεν, τῷ δὲ δοξαζομένῳ συγχαίρωμεν· φυλαττόμενοι τοὺς μὴ οἰκείους τῆς Χριστοῦ νομοθεσίας. ταῦθ' ὑμῖν ὦ ἀδελφοὶ συμβουλεύων πράττειν, ἔτι καὶ τοὺς λοιποὺς δι' ὑμῶν ἐπὶ τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ προετρεψάμην. ὁ δὲ κύριος τῆς δόξης, ὁ ὢν εἰς τοὺς αἰῶνας, δῴη πᾶσιν ὑμῖν τῆς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν τιμῆς καὶ ἀναπαύσεως ἐπιτυχεῖν. οὗ καὶ ἡ χάρις εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν.

A propter ingratæ mentis vitium non referat, præſto adeſſe. Quocirca nos id quod vſuuenire nobis queat; præmeditari oportet; ne, cum accidat, admirationem atque ſtuporem animis noſtris afferat. Talis enim qui fuerit, ad ærumnam & caſum repentinum dicet: Sciebam te aduenturum, non me fefellit exſpectatio: incurſionem tuam præuidi. Atque eiuſmodi ſi quis fuerit, perſiſtet, & non concidet. Cæterum in re ſubita perturbari vel vociferari, perſæpe vero etiam lamentari, ærumnoſi admodum eſt animi. Soli igitur virtuti incumben-
B dum, & ad eos qui de illa diſſerunt, adeundum. Sin illi dicta ſua ad rem factis non conferant, eis, propter latentes apud ipſos inſidias, valedicto, commilitones nobis gnauiter certantes inquiramus. Nam qui dicere intendit: Non ſum vir princeps & iudex: & interim nihil boni agit: is cum ſub multorum tyrannorum ſit ditione ac poteſtate, neſcit ſe peccato ſeruire, & eos qui publica contendunt incedere via, reſurgere. *Beatus* profecto *qui mundo eſt corde*. ab huiuſmodi namque ſolo diuinum numen cerni po-
C teſt. Ab odio autem & inuidentia, longe abeſſe oportet fidelem. Orare debemus quotidie, ſermone eſſe copioſi, [quo ad ſententiæ grauitatem;] factis potentes. Sumus inuicem membra. Itaque cum eo qui patitur, ſimul patiamur: at cum eo qui glorificatur, congratulabundi gaudeamus; cauentes eos qui nõ ſunt vernaculi CHRISTI legis obſeruatores. Hæc habui, ô fratres, quæ quũ vobis conſilium impertiens facienda ſuaderem, tum reliquos quoque per vos ad voluntatem Dei exſequendam, ſeruare cohortarer. Dominus autem glo-
D riæ, qui conſtat in ſecula, det vobis omnibus, vt vna cum electis honorem conſequamini & requietem. Cuius etiam gratia ſit cum vniuerſis vobis.